

Vide Conc. Trid. sess. 24. c. 4.

Confessione- que audiendi.

Campanam pulsandi.

Dispensandi cum intransi- bus Ordian.

Oblationes recipendi, etiam si sine bona feuda- lia.

Erprecipuum Monasterium ad libitum mutandi.

Pena pra- missis contra- ventum.

Annus reco- gno debita Sedis Apolt.

Dat. die 27. Sept. 1294. Pont. An. I.

bus, & confessis, qui hujusmodi praedicationi interesse voluerint quadraginta dierum Indulgentiam de injunctis eis poenitentis.

§. 34. Audiendi quoque confessiones, & injungendi poenitentias, & imponendi abso- lutionem debitam pro confessis; conferendi etiam Ecclesiastica Sacramenta, tam homini- bus & vassallis vestris, quam ceteris Christi- fidelibus.

§. 35. Necnon habendi, & pulsandi Cam- panas die, noctuque; ad horas Canonicas, & quodcumque de vestra processerit volun- tate, absque cujusque contradictionis objectu.

§. 36. Dispensandi etiam cum Fratribus, seu Monachis ad vestra Monasteria, & loca convolantibus, & ibidem degentibus, super irregularitatibus quibuscumque, etiam si prius eas fortasse contraxerint, quam praedicta loca, & Monasteria intravissent, dummodo ex homicidii, vel mutilationis causa, irregula- ritates ipsae minime sint contractae. Absolven- di etiam Fratres, & Monachos memoratos ab excommunicatione quacumque, etiam si ejus absolutio tantum sit sedi Apostolicae reserva- ta, plenam, & liberam vobis, filii Abbates, auctoritate Apostolica concedimus potesta- tem.

§. 37. Indulgemus etiam vobis, ut bona feudalia, vel alia quaelibet vobis oblata libere recipere valeatis, ac licite retinere, nulla constitutione, seu consuetudine contraria ob- sistente; aut etiam si loci Diocesanus bona ipsa pro decimis non solutus, aut praestatio- nibus aliis sibi, aut Ecclesiae suae afferat ob- ligata.

§. 38. Et quia mutatio temporum facti mutationem forte requireret, licitum sit vo- bis aliquod aliud de Monasteriis vestris, praesentibus aut futuris caput aliorum Monaste- riorum, & membrorum vestrorum (si expedi- diens fuerit) ordinare.

§. 39. Nos enim ex nunc decernimus ir- ritum, & inane quicquid contra tenorem concessionum, constitutionum, indulgentia- rum, & inhibitionum hujusmodi, & capitulorum omnium, & etiam singulorum, quae superius sunt expressa, per quoscumque at- tentatum est, vel in posterum contigerit at- tentari. Et interdicti, suspensionum, & ex- communicationum sententias, si quas contra praemissa, vel aliquod praemissorum, in vos, vel in vestrum aliquem, sive aliquos, aut loca vestra, seu benefactores vestros, aut exe- cutores, vel heredes, a quocumque cujus- cumque praerogativa dignitatis, aut honoris vel status existat, in posterum contigerit promulgari, volumus eo ipso penitus non tenere.

§. 40. In signum vero perceptae libertatis vestrae, & subjectionis solius Romanae Eccle- siae per nos vobis concessae, ut superius praemittitur, unam unciam auri solvendam an- nis singulis in Festo Nativitatis Domini, tam pro capite, quam pro membris vestris, no- bis & successoribus nostris Romanis Pontifi- cibus persolvatis.

Nulli ergo omnino hominum &c.
Dat. Aquilae V. Kalendas Octobris, Pon- tificatus nostri anno I.

BONIFACIUS VIII.

PAPA CXIII.

AN. DOM. MCCXCIV.



Die 14. Decembris anni 1294. electus est Neapoli in Sum- mum Pontificem Benedictus Cajetanus, Anagninus patria, patre vero Luitfredo, illustri Cajetano stemmate ortus, qui fuerat antea Presbyter Cardinalis SS. Silvestri & Martini tituli Equitii. In Pontificem electus, Bonifacius VIII. voluit appellari: consecratus vero est, & coronatus Romae Mense Januario anni sequentis. Sedit in Pontificatu annos VIII. Mens. IX. dies XVIII. (a) imperantibus in Oriente Andronico, in Occidente vero Rodolpho, mox Alberto Regibus Romanorum. Obiit Romae die 11. Octobris anno 1303. & sepultus est in Basilica Sancti Petri. Vacavit Sedes dies XI.

Boni-

(a) Ab electionis die computatur.

Ex Archiep. Angliae Ricmer. Tom. II. pag. 667.

Reynaldus ejusdem, se- re tenoris li- teras Seno- nensis Archie- piscopo, ejus- que suffraga- nei datas re- fert ad ann. 1295. p. 7.

Exordium.

Dei assisten- tia Ecclesiae.

Qua tutior est & constan- tior in adver- sitatibus.

Maximum Ecclesiae ma- lum, si pro- vident non habeat Pa- storem.

I.
Bonifacius Papa Eduardum Angliae Regem certiore facit de Coelestini PP. abdicatone, siveque in Pontificem electione.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Carissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliae illustri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Gloriosus, & mirabilis in operibus suis Deus, qui, cum sit in miseri- cordia copiosus, in hujus orbis orbita, ple- na malis, confecta dissidiis, innumeras mi- serationes exercet; Ecclesiam suam, quam ipse summus Opifex rerum insituit, ac su- pra fidei firmam petram alia & solida fabri- ca stabilivit, opportunis favoribus prosequi non desistit.

§. 1. Assisit enim illi miserator, & propitiator assiduis, non obdormiens, nec dormitans, in suarum opportunitatum eventibus pervigil custos ejus. Ipse siquidem sibi est in turbatione solamen, in necessitate Succursus; tumque maxime in adiutorium ejus sua pietas larga diffunditur, cum adversus il- lam mundi nebula tempore caligante le- vantur, quae inter molestias & afflictiones in- trepida colligens in vexatione vigorem, in ipsa malorum instantia convalescit; Nam, di- vino semper munita praesidio, nec commina- tionum strepitu deterretur, nec adversitatum superatur incursum, sed in terroribus tutior, & constantior in adversis, pressa praevalet, passa triumphat.

§. 2. Haec est arca, quae per consuen- tias & multiplicationes aquarum elevatur in altum, & sub actis culminibus montium, li- bera & secunda profundas impetuosus diluvii cal- cat undas. Haec est uti navis, quae, vento contrario irruente, strepentis maris furibun- dis motibus agitur; firma tamen & solida fragoribus non dissipatur aequoreis, nec ma- rini furoris rapiditate sorbetur; sed elatas pro- cellas obruens, ac spumosa & tumida freta sternens, triumphantes exequitur suae naviga- tionis incessus, quae ad vitalem crucis sal- vificae arborem rectae intentionis alis totali- ter elatis, in caelum semper intenta procel- losum intrepide mundi pelagus peragrat; Eo quod secum habet seduli gubernatoris auxi- lium, marium praepertoris; unde regente il- lo, & dirigente salubriter, ac Spiritu Sancto flante, adversitatum quarumlibet nebulis dis- sipatis, victoriosa peregrinationis suae liberum agit iter, ad patriam caelestis portum supernis nutibus feliciter perducenda. Cumque sic ad- versis innumeris prematur & turbetur Eccle- sia illa; in intimis ipsam acerbis fauciat, du- rissimisque ferit adversitas, cum Pastore pro- viso viduatur.

§. 3. Sed licet saepius Ecclesia eadem, Pastoris regimine destituta, longae viduitatis lamenta protraxit, expectando gemebunda- diutius consolationem plenariam successoris; in hujusmodi tamen maroris nubilo dignan Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

ter illi clementia divina illuxit, doloribus & necessitatibus suis opportune subveniens per substitutionem optatam & delectabilem novi sponsi; ac eam de amissione prioris, interdum inutilis, per promotionem celerem accom- modi successoris instaurans.

§. 4. Sane, vacante Romana Ecclesia, per liberam, & spontaneam Dilecti filii, fra- tris Petri de Murrone, olim Romani Pontifi- cis, cessionem coram venerabilibus Fratribus Episcopis, & filiis nostris Presbyteris, & Dia- conis Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, ex certis rationabilibus, & legitimis causis factam ab ipso in festo beatae Luciae Vir- ginis proximo praeterito, & a Cardinalibus praedictis admittam, cum illam posse legitime fieri, & priorum gesta Pontificum, & Consti- tutiones declararent apertius; & ad eam etiam faciendam expressis accesserit Cardinalium, praedictorum assensus;

§. 5. Cardinales ipsi considerantes atten- tius, quam sit onusta dispendiis, quam gravia- malorum incommoda secum trahat proluxa- Ecclesiae memorata vacatio; & propterea vo- tis, & ardentibus desideriis cupientes per effi- cacia, & accelerata remedia hujusmodi peri- culis obviare; die Jovis decimo calendae Jan- nuarii post festum subsequens praedictum, Mis- sarum solemnibus ad honorem Sancti Spiritus celebratis, hymnoque solito cum devotione cantato, se in quodam conclavi apud castrum novum, Civitati Neapolitanae contiguum, ubi tunc idem Frater cum sua residebat familia, incluserunt, ut per mutui commoditatem, colloquii Ecclesiae praedictae provisio, super- na cooperante virtute, celerius proveniret. Die vero veneris immediate sequente praefati Cardinales, mentis oculis erectis ad Do- minum, pia desideria benignius prosequentem in electionis negotio, per viam scrutinii ferven- tibus studiis, ut praedicta vitarentur incommo- da, procedentes; & tandem cum divina cle- mentia Ecclesiae praebatae compatiens eam nollet ulterioris vacationis periculis subjacere, ad personam nostram licet immeritam, inten- tum animum dirigentes, quamquam inter eos quamplures magis idonei & digniores etiam haberentur;

§. 6. Nos tunc Tituli Sancti Martini Pres- byterum, in summum Pontificem canonice elegerunt, gravis oneris sarcinam nostris de- bilibus humeris imponendo. Nos autem, pro- funda & sedula meditatione pensantes difficul- tatem officii Pastoralis, continui laboris angus- tias, & praerellentiam Apostolicae dignitatis, quae sicut honoris Titulis altioris attollit, sic magnitudine ponderis deprimit gravioris; at- tendentes insuper nostrae simplicis imperfectio- nis instantiam, expavimus, & haesitavimus vehementer, nimioque concussus extitit stu- pore cor nostrum.

§. 7. Nam cum ad tolerandas particulares vigiliis vix possibilitas nostra sufficiat, ad universalis speculae sollicitudinem vocabamur, & intolerabile Apostolici ministerii jugum in- ferebatur instanter debilitatis nostrae cervici ju- giter supportandum; ac meritorem non suffulti praesidio ad suscipiendas Apostolorum Principis

Coelestinus V. Summi Pon- tificatus cessionem narrat.

Eleccionem suam in sum- mum Pontifi- cem.

Swam expo- nit in acce- ptando Pon- tificatu du- bilitatem.

Petri Claves, & gerendum super omnes ligandi, & solvendi pontificiumangebatur.

Quid demum ad accipiendum moverit.

§.8. Verum tamen, ne divina providentie opus impedire forsitan videremur, aut nostre voluntatis arbitrium suo beneplacito confirmare; ac etiam, ne corda Electorum concordiam per nostre disentionis objectum ad discordiam verteremus, voluntatibus tandem acquievimus eorundem ad subeundum jugum hujusmodi nostros impotentes humeros submittendo; non quod de aliqua nostre probitatis virtute fiduciam habeamus, sed quia in ejus speramus clementia, qui confidentes in se non deserit, sed eis propitius opportunis auxiliis semper adest, quique de sublimi polorum solio Ecclesiam Sponsam suam intuetur misericorditer, & tueretur; suæque illam exaltare non desinit Copiosis beneficiis pietatis.

Anglie Regē hortatur ut ad ministrat Ecclesiarum que tueatur privilegia.

§.9. Ideoque celsitudinem tuam rogamus, & hortamur attente, ac obsecramus in Domino Jesu Christo, quod Judicium diligit regis honor, metas justitiæ curiosus observes, illamque sincere diligere studeas, æquitatem non deserens, clementiam non omittens, ut subiectus tibi populus copiosus in pacis pulchritudine sedeat, & in requie opulenta quiescat. Ecclesiam insuper matrem tuam, & ipsius Prælatos nostri utique Salvatoris Ministros, ceterasque personas ecclesiasticas, ejus obsequiis dedicatas, quin potius in illis Regem Celorum, & Dominum, per quem regnas, & regeris in cessanter, & solerter honorans ipsos, regii favoris ope confoveas. & in pulchritudine libertatum, aliorumque suorum jurium efficaciter protegere studeas, & tueri. Sicque in his tamquam filius benedictionis, & gratiæ te geras, & dirigas, quod claræ memoriæ progenitores tuos, qui erga præfatam Ecclesiam summæ devotionis, & reverentiæ titulis, dum viverent, claruerunt, non solum imitari sollicitè, sed etiam reverenter excedere dignoscaris, ad laudem, & gloriam Dei Patris, & celebre magnumque tui honoris, & nominis incrementum.

§.10. De nobis autem, ut Patre benevolente & sincero, qui te, prout celsitudinem regiam latere non credimus, in minori etiam officio constituti, affectuose dileximus, & diligere non cessamus, spem certam, & fiduciam firmam gerens, in tuis, & ejusdem Regni negotiis, & opportunitatibus, que occurrunt, ad nos recurrere non postponas.

§.11. Nam in his, super quibus ex parte Regia fuerimus requisiti, libenter, quantum cum Deopoterimus, votis regis annuemus, tuam, & ejusdem Regni prosperitatem omnimodam non solum studiis conservare sollicitis, sed etiam plenis augmentare favoribus intendentes &c.

Datum die 24 Januarii anno Dom. 1295. Pontif. anno primo.

Datum Laterani nono Calendas Februarii Pontificatus nostri anno primo.

I I.

Contra dantes aliquid, vel promittentes, aut recipientes, pro obtinenda gratia, vel justitia apud Sedem Apostolicam, ac etiam contra scientes, & non revelantes. (a)

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, omnes Clericos, Religiosos, & Laicos utriusque sexus, sive sint familiares Curie, sive alii undecumque, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquod parvum, vel magnum promiserint, vel promissionem receperint, aut ex pacto, sive promissione occulta vel manifesta facta sub generalibus, & plenarie non expressis aperte verbis, quicquam dederint, aut receperint, magnum vel parvum, vel promissionem de quacumque re, aut utilitate propter hoc sequenda fecerint, vel receperint, pro aliqua justitia, sive gratia, pro se, aut pro alio, in causis, vel judiciis, seu alias per literas Apostolicas, & quibusque modis apud Sedem Apostolicam obtinenda.

Excommunicatio in dantes quicquam aut promittentes & recipientes pro obtinenda gratia vel iustitia apud Sed. Apost.

§.1. Et hanc sententiam ad promittentes, & acceptantes, & dantes & recipientes, duximus extendendam.

Promittentes, que & recipientes.

§.2. Illos quoque, qui aliquem sciverint culpabilem in prædictis, & nobis intra dierum trium spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur, simili decernimus sententiæ subjacere.

Scientes & non revelantes.

§.3. Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum, abique speciali mandato nostro absolutionis beneficium valeat obtinere, nisi forsitan ad nos habere accessum non possit, in mortis articulo constitutus. Nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quantum dedit, vel recepit, integraliter pauperibus largiatur.

Reservatio absolutionis.

§.4. Justitiam vero, sive gratiam sic obtentam, nullius prorsus esse momenti volumus, omnique statuimus carere effectu, & robore firmitatis.

Irrogatio gratiæ, vel justitiæ hac via obtente.

§.5. Sed scienter utentes ipsis, simili sententia excommunicationis adstringimus, & reservantes nobis absolutionem eorum cum præmissis in omnibus ad penas similes obligamus.

Excommunicatio scienter ea mentem.

Quod

(a) Constitutio ista licet sit inter extrav. commun. in tit. de Sentent. excomm. eam tamen posuit tamquam Curialibus admodum necessariam, & quia in hoc opere extat Bulla Greg. XIII. incipien. Ab ipso, ubi hæc extenditur ad prædictorum complices & auxiliatores. Prout etiam confirmata & ampliata fuit a Clem. VIII. in ejus cons. Pro commissis. Quam diligentè attende, quoniam puto eam esse intelligendam secundum eius subjunctam materiam, id est ligare dantes aliquid vel recipientes de bonis Communitatum Status Ecclesiastici, & non alios Cherubinus.

I I I.

Quod prope Ecclesias, & Conventus Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini, non possint alii Religiosi Mendicantes nova loca ædificare infra spatium Cannarum centum quadraginta.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Generali, aliisque Provincialibus, Prioribus, ac universis Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini. Salutem & Apost. bened.

Exordium.

Ad consequendam gloriam cœlestis Patriæ sic divina pietas per suam gratiam humilitatem vestram cernitur allexisse, quod semper ad hoc intenti estis & vigile, ut illam vobis, & proximis per innocentis vite studium acquiratis. Hæc & alia sancta pauperum religionis vestra merita nos inducunt, quod simus ex intimo cordis affectu solliciti, ut in omnibus, quæ ad laudem Dei, & tranquillum statum devotionis vestrae cupitis, habeamus providentiæ studium efficacis.

Causa hujus prohibitionis.

§.1. Sane non sine quadam turbatione animi frequenter audivimus, quod inter vos, & religiosos aliquos, illa de causa, gmlationis, & dissensionis materia oritur, quod ipsi domos, & Ecclesias regulares juxta loca vestra non sine gravi vestro præjudicio, & scandalo manifesto, quandoque construere præsumebant.

Prohibitio de qua in rub.

§.2. Cum itaque ad Apostolici spectet officii dignitatem de regno militantis Ecclesiæ cuiuslibet scandali materiam abolere: Nos digne volentes, quod hujusmodi emulationis & dissensionis occasio per diligentem nostræ studium amputetur; auctoritate presentium ordinamus, & districtius inhibemus, quod nulli liceat amodo de Minorum, Prædicatorum, Pœnitentiæ Jesu Christi, S. Mariæ de monte Carmelo, S. Clare, aliisque Ordinibus in paupertate fundatis, nullique mulierum de prædictis, seu quibuslibet aliis Ordinibus aliquod Monasterium, Ecclesiam, vel Oratorium ædificare, seu construere; nulli quoque seculari, vel religioso, cuiuscumque professionis, Ecclesiam, vel Monasterium seu Oratorium jam ædificatum, in aliquem transferre de Ordinibus memoratis, infra spatium centum quadraginta cannarum a vestris Ecclesiis mensurandarum per aerem, etiam, ubi alias mensurari loci dispositio non permittit. Præterea, statuimus, ut quodcumque, contra huiusmodi ordinationis & inhibitionis nostre tenorem ex nunc in antea ædificatum fuerit, diruatur.

Qui sint religiosi Mendicantes.

§.3. Et ne de notitia Ordinum, & quantitate cannarum hujusmodi, aliqua possit dubitatio exoriri, illos Ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex regula vel constitutionibus suis, extra septa Ecclesiarum, monasteriorum suorum, vel officinarum eorum, & clausuram ipsorum nullas debent possessiones habere. quod si aliqui de Ord-

nibus ipsis possessiones in aliquibus membris habere, in aliis vero non habere noscatur, cum quo ad ordinationem & inhibitionem hujusmodi prædictis Ordinibus in paupertate fundatis annumerari volumus.

§.4. Et quamlibet cannarum ipsarum octo palmorum longitudinem continere.

Qualitas cananarum.

§.5. Non obstantibus varia locorum consuetudine, seu privilegiis, indulgentiis, sive literis quibuscumque tam prædictis Ordinibus quam mulieribus, vel alicui eorum ab Apostolica Sede, sub quacumque forma concessis, seu etiam concedendis, quæ de præsentibus specialem, & expressam non fecerint mentionem. Nulli ergo, &c.

Derogatio contrariis.

Dat. Later. xi. Calendas Martii, Pontificatus nostri Anno i.

Dat. die 21. Februarii 1295. Pontif. anno I.

I V.

Quod Conservatores concessi certis Ecclesiis a Sede Apostolica ab iniuriis manifestis defendantur, qui iubentur esse Canonici, aut præditi dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus.

Ex Archiep. Anglie. Rimer Tom. I. P. I. pag. 13.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Statuimus, ut Conservatores, qui ab Apostolica Sede conceduntur interdum, ut aliquos a manifestis iniuriis & molestiis tueantur, sint in alicujus Civitatis Ecclesia Cathedrali Canonici, vel dignitatem aliquam, seu personatum in Civitate, vel Diœcesi eius obtinentes, extra quam siquidem Civitatem vel aliquos ad Judicium evocare non valeant, nec etiam procedere contra illos, qui de Civitate, vel Diœcesi non fuerint prædictis, vel infra Civitatem eandem dumtaxat de commissis sibi negotiis, sive causis possint cognoscere; aliis tamen nequeant committere vices suas, nisi expresse hoc eis ex litterarum conservatoriarum beneficio competere dignoscatur.

Conservatores eligendi qui sint in dignitate aliqua constituti.

§.2. Citationes tamen, & denuntiationes sententiarum, quas idem personaliter tulerint, possint tantum infra Civitatem, vel Diœcesim prædictam facere per se, vel alium, seu alios, qui de Civitate, vel Diœcesi fuerint memoratis: Quodque conservatorum ipsorum, quoad non cepta negotia ipso iure expiret officium post obitum concedentis; ubi vero huiusmodi Civitas minime haberetur, seu destructa fortasse existeret, & in eius Diœcesi locus reperiretur insignis, in loco ipso de huiusmodi negotio cognoscatur, & totalis processus habeatur in ipso.

Aliis committere vices suas quando possint.

Conservatorum officium expirat post obitum concedentis. Vide in Lucio III. Constit. XIV.

§.3. Cum autem per Capitulum Cathedralis Ecclesiæ alicujus Civitatis, vel singulares personas ipsius, aut per immediatum superiorem eorum, utpote Patriarcham, Primum, Archiepiscopum, vel Episcopum, quicumque se diceret molestari; tunc illi taliter proponenti, ipsoque volente poterunt Conservatores concedi hi, qui in ipsa Ecclesia

Quibus in causis concedendi Conservatores qui a petente postulatur.

Ca-

Cathedrali Canonatum habeant, vel personatum, seu dignitatem in Civitate, vel Diacesi prelatibus; vel, si maluerit impetrator, sibi concedantur conservatores, qui Canonatum habeant in Cathedrali Ecclesia Civitatis, vel personatum, seu dignitatem, in eadem Civitate, vel ejus Diacesi illorum, contra quos, qui de Civitatibus, seu Diacesibus predictis non fuerint, vel extra Civitatem, in cuius Cathedrali Ecclesia Canonatum, vel in qua seu, cujus Diacesi dignitatem, aut personatum obtinent, possint de negotiis sibi commissis cognoscere, vel sententiam contra eos.

§. 4. Adiciamus insuper statutum hujusmodi, ut iudices, qui in litteris de simplici iustitia conceduntur, sint in alicuius Civitatis Ecclesia Cathedrali Canonici, vel personatum, seu dignitatem in eadem Civitate, vel ejus Diacesi, obtinentes: extra quam Civitatem, vel Diacesim aliquos ad iudicium evocare non valeant, nec procedere contra illos, qui de Civitate, vel Diacesi non fuerint supradictis; infra quam etiam Civitatem dumtaxat de commissis sibi negotiis sive causis personaliter possint cognoscere, ac vices suas quoad cognitionem causarum talium commissarum eidem, vel prolationes interlocutoriarum, vel diffinitivarum sententiarum, aut ipsarum executiones committere nequeant, nisi his, qui in eisdem Civitatibus Cathedrali Ecclesia Canonatum, vel in ipsis Civitate, vel Diacesi dignitatem obtinent, seu etiam personatum, sed nec alia media cause, articulos, vel ministeria certa minora committere liceat, nisi personis Civitatis vel Diacesis earundem.

§. 5. Cum autem contra Capitulum Cathedralis Ecclesie alicuius Civitatis, vel singulares personas ipsius, aut contra immediatum Superiorem ipsorum, utpote Patriarcham, Primatem, Archiepiscopum, vel Episcopum hujusmodi littere de simplici iustitia impetrantur, expresse impetratore volente concedi poterunt iudices talium litterarum, qui in ipsa Cathedrali Ecclesia Canonatum habent, vel personatum, seu dignitatem in eadem Civitate, seu Diacesi; vel, si maluerit impetrator, concedantur iudices, qui Canonatum habeant in Cathedrali Ecclesia Civitatis, vel personatum, seu dignitatem in eadem Civitate, vel ejus Diacesi vicinis, continuis, seu conterminis Civitatis, vel Diacesi illorum, contra quos, ut premititur, tales iudices impetrantur: in hoc etiam casu nullus extra dictas Civitates, vel Diaceses ad iudicium evocetur, nec procedatur contra eos, qui non fuerint de Civitatibus vel Diacesibus memoratis.

§. 6. De causis, auctoritate, & negotiis sibi commissis in Civitate, in cuius Ecclesia Cathedrali Canonatum, vel in qua, seu cujus Diacesi, personatum, vel dignitatem obtinent, dumtaxat cognoscant; nec quoad cognitionem de negotiis, & causis ipsis prolationem interlocutoriarum, vel diffinitivarum sententiarum, vel executionem ipsarum possint alii, vel aliis committere vices suas, qui in eisdem Civitatibus Cathedrali Ec-

Eadem statuta iudicibus de simplici iustitia.

clesia Canonatum, vel dignitatem, seu personatum in Civitate, ac Diacesi non obtinent supradictis, sed nec alia media cause, articulos, vel ministeria certa minora committant nisi personis Civitatis, & Diacesis earundem. Decernimus quoque, ut ipso iure sit irritum, & inane; si quid contra premissa contigerit attentari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Laterani VI. Idus Aprilis Pontificatus nostri anno primo.

V.

Restituitur Regi Aragonum Regnum, quo ex causa occupationis Regni Siciliae privatus fuerat.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei, Ad certitudinem presentium, & memoriam Futurorum.

Splendor glorie, & figura substantie Dei Patris, in cuius lumine lumen inspicitur, operoso mysterio lenitatem pacis amare nos instruit, & quodam exemplaris speculo fragilitati nostre viam humane miserationis ostendit.

§. 1. Sane propter injustitiam manifestam quondam Petri, olim Regis Aragonum, circa occupationem Insule Siciliae, Terrae peculiaris Ecclesie, varioque conatus & insidias ad alias partes Regni Siciliae occupandas, seditionem in ea Insula motam, commotionem, & concitationem Populi factam inibi contra Rempublicam, Ecclesiamve Romanam, & clarae memoriae Carolum Siciliae Regem, non absque strage & occisione multorum; felix recordationis Martinus Papa Quartus, Praedecessor noster, Regnum Aragoniae, ceteraque Terras Petri praefati exponens, de Fratrum suorum consilio, ipsum Petrum, dudum Aragonum Regem, eisdem Regno & Terris Regioque honore sententialiter, iustitia exigente, privavit, & privans exposuit eadem Regnum & Terras occupanda Catholicis, de quibus, & prout Sedes Apostolica duceret providendum. Post modum vero idem Regnum Aragonum, atque Valentiae, & Comitatum Barchinonae, quae sunt de Terris positae, quae olim fuerant dicti Petri, clarae memoriae Philippo Regi Francorum, & dilecto Filio Nobili Viro Carolo nato ejus Alanconi, & Valesii Comiti electo, ad dictorum Regnum & Comitatus regimen a Rege praefato per Ministerium, seu deputationem bonae memoriae Joannis Tituli Sanctae Ceciliae Presbyteri Cardinalis, de ipsorum Fratrum consilio praehabita deliberatione, concessit.

§. 2. Verum, praefato Petro sublato de medio, post varios tractatus pacis habitos inter Charissimum in Christo Filium nostrum Carolum Siciliae Regem Illustrum, ejusdemque Petri posteros, sibi successores in vitium qui

Jacobus Petri successores Patrem suum cum Philippo Rege Franc. & Siciliae Papae restituit. qui facit concordiam in sublimibus suis, Iacobi de Aragonia praefati quondam Petri, olim Regis Aragonum, Filii, praecipue succedentis in culpam, praefatam Insulam, & nonnulla alia Loca, in Regno Siciliae citra Pharam, occupata tenentis, Hostis Ecclesiae Regisque dictorum, ut insinuat nobis & Fratribus nostris facta continet, animum convertit ad pacem: Sicque inter jam dictos Regem & Jacobum tractatus Pacis est habitus & firmatus: in quo ex parte praefati Iacobi illa inter cetera sunt conventa; quod Insula memorata Siciliae cum omnibus Terris, & Castris, Castellis, Fortalitiis, Insula Maltae, aliisque omnibus Insulis eidem Insulae Siciliae adjacentibus, ubicumque sint, sicuti bonae memoriae praefatus Rex Siciliae ante rebellionem Insulae praenominatae tenebat, juxta nostri determinationem arbitrii per eundem Jacobum Romanae restitueretur Ecclesiae; aliis locis, Castris, & Insulis, quae per ipsum Jacobum, Valitores, Factores, Complices, & Ministros ipsius citra Pharam occupata tenentur, restituentis praefato Carolo Regi viventi juxta nostrae provisionis arbitrium; nec non liberis, & aliis Obsidibus dicti Regis, quos idem Jacobus apud se detinet, juxta formam in serie praefati tractatus annexam, certis hinc inde pro firmiori pacis nexu & charitatis mutuae Matrimonii copulandis.

§. 3. Nos itaque cernentes frementia undique Mundi pericula, & quae instant praeforibus ruinam minantia, gravia detrimenta super Terram Sanctam, desertam incolis Christianis, ipsorum destitutam suffragiis, flentes amare; cum Catholicis Principibus distractis ad bella civilia, non sit, qui consoletur eam ex omnibus charis suis; ac misericordiam potius, quam iudicium cantare cupientes Altissimo; ad reparationem quoque status praefati Regis Siciliae Filii specialis Ecclesiae specialem habentes considerationis intuitum; & memoratum tractatum pacis paterna charitatis brachio amplectentes, facta jam in manibus nostris per Charissimum in Christo Filium nostrum Philippum Francorum Regem Illustrum, & dilectum Filium nobilem Virum Carolum Fratrem ejus Alanconi & Valesii Comitem, renunciatione legitima & solemniter de praedictis Regnis, & Comitatu Barchinonae, clarae memoriae praedicto Philippo Regi Francorum eorum Parenti, & eidem Carolo Comiti, ut praemittitur, per Ecclesiam ipsam concessis, omnique iure & actione ejus, competentem pro illis, eidem Iacobo & suis Haeredibus, de Fratrum nostrorum consilio & assensu restitimus, reddimus, atque concedimus jam dicta Regna Aragonum, atque Valentiae, ac Comitatum Barchinonae, honorem regium, ac omnia & singula, quae sententia dictae Sedis Apostolicae lata contra dictum Petrum, olim Regem Aragonum, Patrem suum, continebat expresse; & ea, atque verba sententiae, vel effectus eiusdem. Sententiae se extendunt, ut ea habeant & teneant eo modo, quo habebat & tenebat dictus Petrus, quondam Rex Aragonum, Pater suus, antequam Romanam Ecclesiam of-

fendisset in aliquo; & de praedictis Regnis & Comitatu in quondam Alphonsum Primogenitum ejus donationem, ut dicitur, contulisset: nec intendimus, quod per praedictas restitutionem, redditionem, & concessionem, nobis, vel ipsi Ecclesiae jus aliquod acquiratur, nec retineatur in illis, occasione retentionis, seu reservationis, quam fecit Ecclesia in dictis Regnis, & Comitatu, cum ipse praedicto quondam Philippo Francorum Regi concessit; nec ratione concessionis factae de ipsis per Romanam Ecclesiam dicto Carolo Comiti, aut renunciationis seu resignationis praefatae factae in manibus nostris per eundem Regem Francorum & Carolum Comitem Fratrem ejus; sed eidem Jacobo, sicuti Successoribus in eisdem Regnis, Comitatu, seu Terris sua iura firma & illibata persistant: nec ex iis sibi vel suis in aliquo praedictis generetur: sed ea habeant & teneant, ut praedicitur, eo modo, quo habebat & tenebat dictus Petrus, antequam Romanam Ecclesiam in aliquo offendisset, & de praefatis Regnis & Comitatu contulisset donationem in Alphonsum, ut dicitur, memoratum: investientes per nostrum Anulum de praedictis omnibus & singulis, ejusdem Iacobi & Haeredum suorum nomine, dilectum Filium nostrum Guillelmum Tituli Sancti Clementis Presbyterum Cardinalem, quem pro votiva perfectione tractatus ejusdem versus partes ultramontanas praesentialiter destinamus.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum restitutionis, redditionis, concessionis, & Investiturae infringere, vel ei ausu temerario contraire si quis autem &c.

Datum Anagninae per manum Magistri Petri de Piperno Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarii, undecimo Kalendas Julii, Indictione octava, Incarnationis Dominicae Anno millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus vero Domini Bonifacii Papae Octavi Anno Primo.

EGO BONIFACIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Sequuntur subscriptiones Dominorum Cardinalium, qui interfuerunt in forma.

VI.

Dismembratio Archiepiscopatus Tolosan. & erectio Episcopatus Appamianum.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, qui, supernae dispositionis arbitrio in supremam dignitatis specula constitutus, Ecclesiarum omnium Rector agnoscitur, Vineaeque Dominicae Custos generalis & Cultor, ac totius Orbis Catholici, Pastorumque omnium Summus Pastor, de Apostolica plenitudine potestatis tradita sibi a Domino, cujus nutui cuncta subser-

Clausula.

Dat. die Aprilis 1295. Pont. an. I.

Ex Reg. in Arch. Vatis.

Promium.

Petrus Aragoniae Rex excommunicatus, Regno quo privatus.

Aragonumque Regnum, alii Principatus Philippo Francorum Regni concessi.

Carolus Valesius obtenta ab Ecclesia regni Aragoniae iure dedit.

Restituit Jacobo Bonifacius Aragoniae & Valent. Regnum iura.

De Pontifice manu Cardinalis S. Clementis Jacobi nomine accepto analogo investitur.

Dat. die 21. Junii 1295. Pont. an. I.

Ex Reg. in Arch. Vatis.

Exordium.

